



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

1 Gravamina Sedis Apostolicae, non ferenda Germanis, ac primu[m] de
Dispensationibus [a]ere redemptis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

bus & Proceribus, totius Imperij Romani ordinibus, interpellare possit. Sunt autem grauamina supra memorata, quæ per capita nunc sequuntur.

GRAVAMINA SEDIS APOSTOLICAE,
non ferenda Germanis, ac primū de Dispensationibus gr̄e redemptis.

¶ Inter reliqua onera, vel illud minime postremo loco est collocandum, quod constitutionibus humanis multa prohibentur, imperantur item multa, quæ nullo diuino præcepto, vel interdicta sunt, vel imperata. Quod genus sunt, Matrimoniorum tam innumera excogitata obstacula, ex affinitatis, publicæ honestatis cognatione, spiritali, legalique, & consanguinitatis tam multis gradibus originem trahentia. Ciborum item usus interdictus, quos deus tamen ad hominis necessitatem creauit, ac cum gratiarum actione promiscue sumendos Apostolus docuit. Hæc nimirum atque ipsi similes complures humanarum constitutiones, eorumque ligant homines, donec pecunia sibi harum legum gratiam a statuentibus impetrent, ut ita pecunia faciat diuitibus licitum, quod tenuibus gratis sit prohibitum. Illicitisque his legum ac constitutionum humanarum retiaculis, non modo magna nummorum copia à Germanis est expiscata, & Germania & trans Alpes lata, sed & maxima inter æque Christianos orta iniquitas, plura offendicula, simultates, dum tenues hisce laqueis vident se illaqueari, non ob aliud, nisi quod spinas Euangelicas (ita enim Christus diuitias non semel appellat) non possideant.

DE TEMPORE INTERDICTO.

¶ Pari modo agitur etiam cum celebrandis nuptiarum sollempnibus, a dominica Septuagesima, qua cantatur in eccles